MONUMENTA
GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archivi. II, 6, a.
(Registrum episcopi Lubicensis)

fecit tractatus et imnos ſicut ambroſius et li-
brum contra euthicen et neſtorium.
Anaſtaſius. II. natione romanus ex patre
petro. ſedit annum unum. menſes XI. dies
XXIIII. Fuit tempore theoderici regis. et ſepul-
tus eſt in baſilica beati apoſtoli petri.
Simmachus natione ſardus ex patre fortuna-
to. ſedit annos XV. menſes VII. dies XXVIIII.
Fuit tempore anaſtaſii auguſti. et ſepultus eſt
in baſilica ſancti petri apoſtoli. Hic conſtituit
ut omni die dominico. vel nataliciis mar-
tirum gloria in excelſis deo ymnus diceretur.
Hormisda natione campanus ex patre iuſto
ſedit annos VIIII. dies XVI. Fuit tempore ana-
ſtaſii et iuſtini et ſepultus eſt in baſilica bea-
ti Petri apoſtoli. Huius nuncios conſtanti-
nopolim ~~pro~~ fide miſſos anaſtaſius reiecit.
et ſtatim fulmine periit. Secundo hi miſſi
gratanter ſunt a iuſtino ſuſcepti.
Johannes I. natione romanus ex patre conſtan-
tio. ſedit annos II. menſes VIII. dies XVI. Fuit
tempore iuſtini et theoderici regis arriani. et
quo etiam cum ſenatoribus quibusdam in
carcere necatus eſt eo quod de conſtantinopoli
uenientes ad iuſtiniapolim. utpote catholici.
ſunt ab eo benigne ſuſcepti. Cuius corpus de ra-
uenna tranſlatum. in baſilica beati Petri
apoſtoli ſepultum eſt.
Felix IIII. natione ſabinus ex patre caſtorio.
ſedit annos IIII. menſes II. dies XVI. Fuit
tempore iuſtini auguſti et ſepultus eſt in baſili-
ca beati Petri apoſtoli
Bonifacius II. natione romanus ex patre

Anaſtaſius

cf. V. S. Magni, Acta SS. Sept. II, p. 752.

Juſtinus

cf. V. SS. IV, p. 427. (Poeum editum.)

commendatus eſt ut
locus matricis eccle-
ſiae ad dei excubias
providendas, et iuxta
antiquum ſtatum
non minori libertate
praeditus eſſe vide-
tur quam etiam
Kathedralis eccleſia.
Sic namque legitur
dixiſſe S. doctor Wichterpus
beato Magno de qua-
dam hereditate epiſco-
patui collocata. Sci-
as, quia poſt diſceſſum
meum hanc heredita-
tem cupio permanere
ad Sanctam Mariam
et ad Sanctam Afram.
Sepultus eſt ad Sanctam Afram
et miraculis co-
ruſcat. Sed quanti
apud ~~Deum~~
ſit meriti, plenius
in vita et viſione
beatae Herluccae
agnoſci poteſt.
Obiit temporibus
Pipini regis Franco-
rum IIII. Kalendas
Maii.

Johannes.
110. Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quandoque in episcopum ordinatus et postmodum papa effectus, ipsum defunctum in tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi positum induit veste laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.